Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



Fiant sicut fenum tectorum: quod priusquam
euellat' exaruit. De quo non implevit manum
suam qui metet: et sinum suum qui manipulos
colligit. Et non dixerunt qui preteribant. Bene
dictio domini super vos: benediximus vobis in no
mine domini. Feria iii ad Vesperas antiph:

De profundis clamavi ad te domine. Euouae.

De profundis clamavi ad te
domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes:
in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates observaveris domine: domine quis
sustinebit. Quia apud te propitiatio est: et propter
legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea
in verbo eius: speravit anima mea in domino. A custo
dia matutina usque ad noctem: speret israel in domino.